

rant. et hludouuicum ceteris exantat comprehendere.
 ac sedes illius luminum euacuaret. postea regnū illius
 quasi nullo resistente possessurus. Vuillbertus colonię
 agrippinę ciuitatis ep̄s. karoli fraudulenta consilia intellegens
 ceteri trepidantib; cū constanter adit. obnixę postulans. ne
 ita ferociter ac barbarte faceret erga nepotē ea quę pacis
 sunt sectantē. Sed cum cū a praua uoluntate reuocare non
 potuisset. quendā pr̄bm suum nomine hartuugum p cōpen
 diorē uiam destinauit. & hludouuico preparatas insidias. & ipsius
 karoli insinuauit aduentum. Qui statim lorica indutus. & totā
 fiduciā suam in dño ponens. cum paucis qui secum erant. dispsos
 etiam congregare non poterat. karolo uiriliter occurrit. uis
 sitq; om̄s ex sua parte candidis uti uestib; p signo cognoscen
 de societatis. Saxones autē qui in prima fronte contra hostes
 positi erant primum inerte certamen. sed multitudine ad
 uersariorum terri uti parumper terga uerterunt. Franci
 autem orientales ex utraq; parte fortiter repugnantes
 ac signiferis karoli occisis ceteros fugere compulerunt.
 Quos hludouuicus persecutus. strages non paucas dabit.
 Et uirimos etiam ex optimatib; karoli uiuos comprehendit.
 quos propter suam humanitatem seruari uultit incolumes.
 karolus uero turpiter fugiens relicto thesauro quos secum
 habebat. cum paucis pene nudus euasit. In autem qui cum
 hludouuico erant reuersi ad cesorum spolia decrahenda.
 quantas ibidem predas in auro & argento. & uestibus &
 armis. & lorics & equis. uariq; suppellectile tulissent.
 nullus ualeat edicere. In hoc certamine contra karolū
 proculdubio celtus dimicatum est. Nam sicut captiui